



## Universitätsbibliothek Paderborn

### V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam  
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui  
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum  
dierum Quadragesimæ

**Družbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066405**

45. Considerando Passionem Christi tanquam exemplar Oblationis,  
Donationis, Dedicationis, Sacrificii, & Holocausti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45427**

cens, in quo dolus non est inventus, & tamen,,  
inter iniquos deputatus est „] Hucusque Au-  
gustinus.

Ad cūjus normam licebit meditanti, totam  
Passionis Christi seriēm, ab horto usque ad se-  
pulturam decurrere, & ita eam, sive ipsum Chri-  
stum in ea positum, Patri Æterno repræsentare,  
ut simul peccata propria, vel etiam aliena denar-  
ret Deo, ipsaque deflens, iis veniam petat, sup-  
plicia eorum averti postulet, emendationem  
proponat, affectus compassionis, laudis, admira-  
tionis, gratitudinis, deprecationis, aliosque  
similes exerceat: virtutum variarum in Christo  
patiente elucecentium actus, imitatione expri-  
mat; dona denique interna, juxta ac externa,  
tam sibi quām suis, quām toti Ecclesiæ, totique  
humano generi, à divina manu depositat, &c.  
Nec poterit hæc talis repræsentatio non esse in  
oculis Deitatis grata, aut ad impetrandum valida,  
quandoquidem tam efficax & apta divinæ misé-  
rationi expugnandæ machina per eam admóve-  
tur. Cui divina pietas, impossibile videtur, ut  
resistat.

## MODUS XLV.

**Q**Uadragesimus quintus Passionem Domini  
meditandi modus esse potest, considerando  
in Passione Domini insignes maximè quinque  
actus Christi, quos ille in ea pro nobis ad gu-  
stum Æterni Patris exercuit: sunt autem hi  
1. Oblatio. 2. Donatio. 3. Dedicatio. 4. Sacri-  
ficium. 5. Holocaustum. Qui actus etsi in tota  
est illa Passione Domini clivescunt: nihilominus in qui-

Q 2

busdam

9: DRUG:  
Bickl  
per: assehi  
Tomus III  
N: V  
58

busdam partibus Passionis , alii atque aliū  
mulatius apparent, ac proinde etiam comam  
ūs & dulcius considerari possunt. Quocun-  
cundum hos quinque actus, quinque par-  
tio Domini habere, secundumque easde  
pendi potest.

I. In his omnibus quæ à Christo Domi-  
nus gesta sunt, in Oratione , Genuflexio  
Agonia, sanguineo sudore, Resignatione  
Iunctatem Patris : elucescit mirificum ex-  
Oblatio nis; qua se Dominus JESUS Patri  
no obtulit, ad omnes Passiones, & Mortis  
ad eo horribilis , labores. Quidni etiam  
tanto eruditus exemplo, tantoque anima  
invitatus spectaculo, se animosissime re-  
offerat Deo , ejusque Sanctissimæ ac suau-  
voluntati ad omnem ejus usum & nutum,  
miliationem & abnegationem sui, ad en-  
nem verò Dei quam maximam. Certè  
gratiam suorum Imperatorum atque Di-  
immanes quasdam, & periculi certi plen-  
faciunt oblationes: JESUS Imperator nostre  
suae oblationis proposito nobis exemplo,  
ne merebitur, nonne felix ad eo erit ap-  
ut ad ejus imitationem , in ejusque glori-  
faciamus ei unam nostri Oblationem ge-  
sam? &c.

II. In Captivazione sui Dominus  
quando super se dedit Potestatem potest  
brarum, furorique & rabiei militum (quibus  
iam ultro obviam processerat , seque uero  
manifestaverat) exercuit in gratiam Aetern-  
is, inque nostram salutem, unam Heroidis  
planè Deo-Homine dignam Donationem,

se, vitam, animam, sanguinem, totam prorsus substantiam suam elargitus est profusissimè atque prodigalissimè: ita ut videretur se totum sui Dominio, curā, æstimatione que exuisse, alienā per omnia potestatis fecisse, & insuper se, suaque omnia, pro dilectione quasi nihilum computasse & despexisse. In quo Domini JEsu facto, habes, ô homo, tum luctuensissimum exemplum, tum etiam stimulum efficacissimum, ad una n & integrum aliquam tui, tuarumque omnium rerum donationem & largitionem, faciendam Deo propterque Deum, omni creaturæ, ad omnem nutum & usum; estò ad humiliandum, ad exinanientium, ad crucifigendum te Deus per se, vel per aliquam creaturam uti vellet. Non enim decet, ut tibi pretiosior sis tu, homuncio utique abjectissimus, putredo, & vermis, & merum nihil, quām unigenitus Dei Filius, qui est Gazophylacium totius substantiæ Divinitæ, in quo sunt omnes thesauri Patris Æterni depositi & reconditi: quem tamen vides, quām se fere tibi, & Patri Æterno propterte, ad omnia dira, liberaliter donaverit.

III. Christus Dominus tanquam Augustissimum quoddam Deitatis templum (ut etiam ipse se nuncupavit, teste Joanne Evangelista, loquens de templo corporis sui, à Judæis per illam mortem dissolvendo) tunzione plurimâ per omnia corporis sui sacrati membra, in totius noctis injuriis, in immanissima flagellatione, in crudelis corona impositione aut potius infixione, in Herodiana alba veste, in coccinea chlamyde, in auldineo sceptro, in alapis, consputationibus, genuflexionibus & colaphis expolitus, & ædifi-

Q

cationi

G. DRUG.

BICKI

per: accl.

Tomus III

N: V

58

cationi aptatus, ac fabricantibus super  
eius (ut dicit Propheta) peccatoribus, in  
ficum Dei templum constructus: produc  
Pilatum ad populum, atque publicā & eam  
omnium voce damnatus ad mortem, in  
promptā, & devotā suā voluntate, ipsiū  
Pilati verbis, *Ecce Homo*, dedicavit, confe  
que se Patri Āeterno. Habes & tu hac in re  
mo paradigma insignis dedicationis tua:  
tu tui ipsius, facere Deo propter honores  
debes. Obtulisti te Deo, donasti, sequi  
etiam dedices, ut inscriptione & titulo, &  
mate divino te insignias, ut omnes, qui  
ceps viderint, agnoscant, legant, intelligan  
t: Domini est iste. Et illud: Ecce ver  
lita, in quo dolus non est. Satis superqua  
tata sunt hactenus insignia inimici Dei. In  
scriptiones affixa declararunt, usque huc  
tes diaboli te pertinuisse: narrabat idu  
avaritia, ira, arrogantia, invidia, aliaeque  
monstroſae imagines. Ecce jam Christus  
plo suo novam dedicationis formulam.  
Ecce inclamat, Pone me ut signaculum  
cor tuum, ut signaculum super brachium  
scribe jam manu tuā Domino: Domini  
sum.

IV. Dominus IESUS postquam bajulat  
crucem, in eum qui dicitur Calvaria locu  
eaque confixus, in altum elevatus, & can  
tus, tanquam hostia super altare, superqua  
norum struem positus fuisset: fecit de se fa  
ciūm cruentum Patri Āeterno, pro peccan  
tis. Intuere o homo hostiam istam, sacrificia  
que istud, sacerdotem istum, & altare istud.

ad instar exemplaris hujus sacrificii, tu quoque te sacrificia Domino Deo tuo; ad immolandum enim Domino venisti, perge viam trium dierum in desertum, Ægyptum, & opera lutis laterumque, cepas quoque & allia, & carnes collasque Ægyptiacas, fermentum etiam vetus ejice & expurga, accipe insuper spiritualem secundam in Galgala circumcisio[n]em: tum sacrificia Domino Deo tuo: sacrificia te ipsum, in ara cordis, in igne charitatis, in lignis mortificationis. Esto ipse Sacerdos, ipse altare, ipse hostia, ipse flamma, & operam da, ut sic fiat sacrificium tuum in conspectu Domini, ut placeat Domino, odore turque odorem suavissimum Dominus DEUS tuus.

V. Dominus JESUS in ara crucis positus, non quale quale sacrificium fuit, sed fuit Holocaustum plenum & absolutum. Conditiones holocausti erant istae. 1. Ut esset ex carnibus animalis masculi. 2. Ut esset animalis mundissimi. 3. Ut totum sine diminutione, sine reservatione, sine interruptione, igne cremaretur, ad gloriam honoremque Dei: omnes conditiones istas Dominus JESUS in se habuit, quando holocaustum hoc suum explevit, ideoque traditis omnibus, quæ extra se habuit, puta vestibus, Matre, amicis, discipulis, sanguine, corpore, meritis, ultimo demum illum, quem solum relictum habebat spiritum suum, sive animam suam, sciens quia iam omnia consummata essent, quæ de ipso in lege & Psalmis, & Prophetis scripta erant, cum dixisset, Consummatum est, in manus Dei Patris recommendans, inclinato etiam capite, tanquam supremo & ultimo defunctus, in Patrem venera-

Q 4

tionis

Drus:  
Bicki  
per: aceti  
Tomus III  
N: V  
58

tionis officio tradidit. Aspice & attende ostendo, & fac secundum exemplar hoc, quod in isto Monte Maria monstratum, & ad futurum exprimendumque propositum est. Incaustum te esse oportet, holocaustum gratia facere debes Deo tuo, cui divisiones, quoque non placent. Dominus est, omnium rapinam in holocausto, neque pilos, negatur. Iugulam, neque caudam deesse vult in eo. Ipsi totum integrumque consecratum, ad cultum, devotum, oblatum est. Explique secundum conditions holocausti in te, ut tota Palli Justitiae Christi imago, in te coram Deo relucat, radius summatumque sit omne tuum in Deum nebrasum, tandemque in manus Patris celesti. Intuitum tuum tradas, Spiritui Christi aeternalis defecendum.

Ita praestantissimorum quinque speculorum Passione desumi potest exemplum: ut rite aequaliter quidem Christi fidelibus, maximè tandem minibus exactam perfectionem proficitur. Cum que vota, divino obsequio, & imitatione, destinatis, incumbens ac necessarium. Intelligant autem Lector hos eosdem quinque actus, intentionis in Deum, insertos supra in Modo septimo.

## MODUS XLVI.

**Q**Uadragesimus sextus Meditandi Paffini Domini Modus esse potest; applicandum Examini, sive illam Examini Consuetudinem, quæ applicatio et si variè, & pro cuiusque fieri possit: hoc tamen loco illam egorationem.